



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

27. De Clerico excommunicato, deposito vel interdicto ministrante

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XXVII,

De Clerico excommunicato, deposito,  
vel interdicto ministrante.

**Q**uoniam. Quâ pœnâ afficiantur Clerici censurati, si ministrant in censura? Resp. Clericus tenet exercens actum Ordinis, eumque proprium, dum est innodatus excommunicatione, suspensione (quæ hic convenit cum depositione) interdicto personali, præter reatum peccati mortalis, quem contrahit, est deponendus perpetuò. scil. per sententiam iudicis. *c. 4. h. t.* privandus beneficiis. *c. 6. eod.* fit ipso jure & facto irregularis; in de suspensione constat ex *c. 9. h. t. de interdicto ex c. 11. s. fin. & c. 20. de sent. excomm. in 6. de excommunicato ex can. 7. caus. 11. q. 3.* si interdictus sit excommunicatione majori, non verò si minori tantum. *c. fin. h. t.* perinde autem est, si sit excommunicatus vitandus, si non. Ratio, quæ iura indistinctè loquuntur. Ob eandem rationem Clericus minorista censuratus exercens actum proprium sui Ordinis sollemniter & quasi ex officio fit irregularis. *Leur. h. t. Q. 402.* ait, dubitans utrum sit excommunicatus, nec ne, si stante obsequio exercent actum Ordinis proprium, incurrent irregularitatem; si dubitet de jure, num excommunicatio sit legitimè lata, si dubitet de facto, an sit excommunicatus. Primum arg. *c. 5. h. t. de homicid. Rota* utriusque in *cit. cap.* eadem datur, quod in dubio

pars tutior sit eligenda; quod tamen Sanch. in Decal. L. 1. c. 10. n. 11. dicit, tantum debere intelligi de consilio, non de præcepto.

## TITULUS XXVIII.

### De Clerico non ordinato ministrante.

**Q**uoniam, Quas pœnas incurrat Clericus actum Ordinis exercens, quem non habet? Resp. Clericus scilicet, scienter, & temerè exercens actum Ordinis, quo non est insignitus, incurrit 1. Irregularitatem: vi cuius Diaconus si celebraret missam, ad Sacerdotium promoveri non posset &c. c. 1. h. t. & quidem juxta c. 2. eod. in perpetuum incurrit irregularitatem illam partialem, obstantem susceptioni Ordinum ulteriorum. 2. Suspensionem ferendæ sententiæ ab exercitio Ordinis proximè suscepti per triennium. c. 2. h. t. 3. Excommunicationem etiam ferendæ sententiæ. c. 1. h. t. Videatur Schmalzgr. à n. 2. h. usque ad 20. ubi etiam ait contra multos, à Laico exercente actus Ordinum etiam majorum irregularitatem non incurri, eo quod irregularitas hæc in laicos nullibi sit statuta; interim tamen non tantum peccat gravissimè, sed & Curiaæ sæculari simile quid attentans est tradendus, quò debitis pœnis afficiatur, prout præjudiciis confirmat Pichl. h. t. num. 4.

II.